

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

THEMA LVI.

Psal. 71. v. 20.

Ostendisti mihi tribulationes multas & malas: & conuersus uiuificasti me, & de abyſſo terræ conuersus eleuaſti me.

DISPOSITIO.

Augustinus hunc Psalmum expositurus sic incipit: In omnibus scripturis sanctis, gratia Dei, quæ liberat nos, commendat se nobis, ut commendatos habeat nos. Hoc in isto Psalmo cantatur, &c. Et sane Psalter mirifice commendat bonitatem Domini, quam expertus sit ab utero matris, ex quo mirabiliter sit extractus, v. 6.

Et quod in iuuentute etiam expertus sit Dei bonitatem, gratus agnoscit, ver. 17.

Hinc etiam bene sperat, [id quod vnice rogat] quod non sit descendendus in senectute, ver. 9. & 18.

Interim vero dum ex iuuentute ad senectam peruenit, mirabiliter ipsum semper fuisse liberatum, patet ex verbis, quæ prælegimus. In his enim prædicat Dei bonitatem, quod non raro ipsum mortuum uiuificarit, & de abyſſo terræ reuocarit.

Hoc quia mirabile videtur in auribus & oculis nostris, quomodo qui nondum sepultus, ex abyſſo terræ eleuatus fuerit, iam considerabimus.

Textus Explicatio.

Quomodo Dauid uiuificatus, & ex abyſſo terræ fuerit reuocatus, non intelligemus, nisi prius perpendamus, quomodo fuerit mortuus, & in infima terræ loca detrusus.

Hoc autem docebit illud canticum Hannæ, 1. Sam. 2. ver. 6. vbi dicitur, Deus mortificare, & ad inferos detruere. Hoc etiã vult Dauid. Et sic uiuificatio præsupponit

mortificationem, & reuocatio ex abyssis, præsupponit deductionem ad inferos.

Notandum autem de morte corporali, & perpetua ad inferos condemnatione, hic non esse sermonem. Nam quæ hic commemorantur, Dauidi viuo, & nec mortuo nec sepulto acciderunt.

1. Quomodo autem ista acciderint, ipse docet his verbis, Ostendisti mihi, seu experiri me fecisti multas & magnas angustias.

Angustia itaque illæ & tribulationes, sunt ipsi mors & infernus. Vbi non corporales tantum afflictiones, sed illas simul, cum spiritualibus afflictionibus & grauissimis tentationibus coniunctas intelligit.

Et huic loco alii quoque affines sunt: cum dicit, se laqueis mortis & inferni inuolutum, Pſal. 18. v. 5. 6. & 116. vers. 3.

Tum igitur mortuus fuit, cum de vita temporali & æterna videbatur periclitari: cumque se non vnum passum abesse à morte conquerebatur, 1. Sam. 20. vers. 3. Sed & in abyſſo & in profundis versari sese clamat Pſal. 69. v. 3. & 15. Pſal. 130. v. 1. & Pſal. 88. v. 4. & seqq. Pſal. 141. v. 7.

Et tum in inferno fuit, cum dolores inferni sensit & Deum sui oblitum, Pſal. 13. v. 13. imo & misericordie suæ oblitum, Pſal. 77. v. 10. & longissime abesse, Pſal. 10. v. 1. & faciem abscondere, Pſal. 13. v. 2. & 30. v. 8. grauissimis verbis deplorat.

2. Iuxta tamen grato animo celebrat, quod is ex morte & inferno liberauit.

Tum enim viuificatum se intelligit, quando Dominus nube tribulationum pulsa iterum recreauit ipsum, Pſal. 142. v. 4. Pſal. 66. v. 12. Pſal. 119. v. 50. & 93. Et hoc vere est viuificare.

NOTA. Vbi in germ. est *erquicket*, ibi in latina vers. est viuificare, Pſal. 85. v. 7. Pſal. 119. v. 117. & v. 37. & 88. &c.

Tum ex inferno & abyſſis reuocatum sese agnoscit, quando dispersis tentationum grauissimarum procellis sensit

sentis corde
in illo

Hoysallim

48. 1. Pſal. 8

49. v. 1. Pſal.

1. Nemo

viuit) mort

Et ait magis

Et ait Hoc

Interpercu

culonno ha

Magis et

feruabitu

miuicilio

paullipet ab

Videat

lap. 1. 1. 1.

Thren. 3.

Maxim

Deus me

Hæc

mur, sed

munie di

magis op

Quæstio

bis res plan

discipulis m

& 1. 1. 1.

11. Con

dum eriden

reminem pin

ta chalis an

ſci, et mor vi

cau. 1. 1. 1.

ſentit

fenfit in corde suo suauissimas consolationes Dei proprii. De hoc Psal. 13. v. 7.

Hoc passim deprædicat Psal. 30. v. 4. & 12. & 6. Psalm. 49. v. 16. Psal. 86. v. 13. & 11. 6. v. 8. Et id ardentè orat: Psal. 143. v. 11. Psal. 119. v. 149. 154. 156. 159.

L O C I.

I. Nemo pius sibi persuadeat, quod non (etiam dum viuit) mortis & inferni sit sensurus dolores. *Ein jeder Christi muß hie auff Erden auch einen Tuck in die Hölle thun.* Hoc qui nondum expertus est, certo expectet.

Inexpertus autem hæc pro deliriis & ridiculis spectaculis non habeat.

Magna enim angustia & tribulationes nos certe in inferni abyssum detrahunt, vt videamur perituri, absque omni auxilio Dei & hominum. Et cum Deus faciem suam paulisper abscondit, tum sentiunt pii hæc tormenta.

Vide eiulationem Hiiskæ, Esa. 38. v. 10. & 17. Et querelas Hiobis. Mutatus es mihi, Iob. 30. v. 21. Et ludæorum, Thren. 3. v. 9. lapidibus quadris.

Maxime vero ipse filii Dei, Psal. 22, Matth. 27. v. 46. Deus meus quare me dereliquisti?

Hæc nobis prædicantur, non in hunc finem, vt terreamur, sed vt animos nostros, contra eiusmodi angustias munire discamus. Tela enim præuisa minus feriunt. *Es muß doch ein mal seyn / vnd solte es an irhen / biß in letzten Todts knopff.* Itaque hæc dicuntur, ne videatur tum nobis res plane noua & inaudita. In hunc finem Christus discipulis maxima euentura mala prædixit, Joan. 14. v. 29. & 15. v. 20. & 16. v. 1. & 4.

II. Consolatio autem maxima proponitur simul, dum ex iisdem verbis Dauidis intelligimus, in tali agone, neminem piùm derelinquã Deo. Cum itaque experienda est talis angustia: cogita te iam in morte & abyssis versari, at mox viuificandum & reuocandum. Is enim viuificat & reducit, qui mortificauit, & ad inferos deduxit.

M 4 x. Sam.

1. Sam. 2. v. 6. Nec est quod putes, te non fore patrem ferens
do huic oneri. Non enim ultra vires tentat, 1. Cor. 10. v. 13.

Momentum ira eius, Psal. 30. v. 6. Non in perpetuum
comminabitur, Psal. 103. v. 9. Cogitur misereri, Ier. 31. v.
20. Ad vesperam fletus, Psal. 30. In momento dereliqui
te, Esa. 54. v. 7.

Huc pertinent etiam, Thren. 3. v. 23. 31. Esa. 57. vers. 16.
Esa. 60. v. 10. Hierem. 3. v. 12. Rom. 8. v. 138. Esa. 42. v. 3.
2. Cor. 12. v. 9.

F I N I S.

T H E M A L V I I.

Psal. 73. vers. 25. ad 26.

*Dummodo te habeam, non curo cælum & terram.
Si defecerit anima cum corpore, tu tamen Deus sem-
per refugium cordis mei & portio mea.*

D I S P O S I T I O.

Psalterium nobis est instar pharmacopolii instructissi-
mi, ex quo nobis omnis generis medicamenta deprome-
re licet, aduersus quoscunque animi & corporis morbos.
Estq; illorum vsus semper nobis salutaris, in vita & mor-
te, & nunquam noxius. Sicut autem inter medicamen-
ta, aliud alio semper est præstantius, & eo nomine pretio-
sius: ita omnia quidem Psalterii dicta sunt nostris ac-
commodata paroxysmis variis, aliud tamen vel ad le-
niendum, vel ad roborandum maiorem vim alio habet.
Inter maxime roborantia autem, merito hic locus Psal-
mi numeratur, quem vtinam omnes quotidie recita-
rent & cordi inscriberent, vt vim illius tanto magis sen-
tirent.

Et prima quidem fronte, hæc ipsa verba in auribus no-
stris, aliquanto durius sonare videatur, id eoq; probe ex-
cutienda erunt.

Primum autem cum Psalte discemus, quomodo post-
habitis cælo & terra vni & soli Deo adhærere debeamus,
Deinde